

Q. A. Pædianus in Senatu Contra L. Pisonem.

Acc oratio dicta est, Cn. Pōpeio magno, ii. coff. Marco Crasso, ii. aēte paucos dies q̄. Cn. Pōpeius ludos faceret q̄bus thearḡ a se factū dedicavit, hoc intelligi ex ipsius Cice. uerbis p̄t: quæ in hac orōne posuit, dixit, n. sic. Instat post hominū mēoriā apparatusissimi magnificētissimiq; ludi. Fenestella q̄dem posuit hanc inter eas orationes quas dixit Cicero, L. Domitio Appio Clau. coff. ultimā. Sed ut ego ab eo dissentiā facit primū q̄ Piso reuersus ē ex p̄uintia, Pōpei & Crasso coff. Gabinus Domitio & Appio. Hæc aut orationē dictā ante Gabini reditū ex ip̄a manifestum ē. Deinde magis q̄ naturale est in ip̄o recenti reditu inuectus sit in Ciceronem, responderitq; insectationi eius quare uocatus erat ex prouintia q̄ post anni interuallum. Apparet aut Ciceronē respondisse Pisoni in summa cum dicens ipsa oratione Cicero instare magnificētissimos apparatusissimosq; ludos nō uideo quomō hoc magis Domitio & Appio coff. dictum sit: quibus coff. nulli notabiliores ludi fuerunt q̄ Pompei & Crassi quo: anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisq; oīs generis ludis theatrum dedicavit.

ARGUMENTVM.

Argumentum huius orationis breue admodū est, nam cum reuocati essent ex prouintiis Piso & Gabinus sentētia Cicerōis quā dixerat de prouintiis consularibus Lentulo & Philippo coff. reuersus in ciuitatem Piso de insectatione Ciceronis in senatu cōquestus est: & in eū inuectus: fiducia maxime Cæsaris generi qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respōdit hac oratiōe.

ENARRATIO Circa Vers. A. Primo.

Quod minimum specimē in te ingenii: ingenii aut, immo ingenui hominis ac liberi: q̄ color ore ip̄o patriam aspernaris, oratione genus moribus nomen. Tam & si hæc oratio inscribitur in L. Pisonē: tamen nō puto uos ignorare hunc Pisonē ex ea familia eē quæ frugi appellata sit: & ideo dicit aspnari eum moribus nomen: CIRCA VES. LXXX.

Hoc non ad contemnēdam placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neq; enim hæc mea natura fert: nec municipii præsertim de me optime meriti dignitas patitur. Magnopere me hæsitare confiteor quid sit quare Cicero placentiam municipium essedicat. Video enim in annalibus eorum: qui punicum bellum secundum scripserunt tradi placentiam Coloniam deductam, per. kalen. Ian. primo anno eius belli Cornelio Scipione patre Africani prioris, T. Sempronio longo coff. Neq; illud dici potest: sic eam Coloniam esse deductam quemadmodum post plures ætates, Cn. Pompeius Strabo p̄. Cn. pompei magni transpadanos colonias duxerat. Pompeius enim non nouis colonis ea constituit: sed ueteribus incolis marentibus ius dedit latii: ut possent habere ius quod cæteræ latinæ, Colonia: id est ut petendi magistratus ciuitatem Romanam adipisceretur. Placentia autem sex millia hominum noui coloni ducti sunt in quibus equites deducendū fuit causa ut oppōerent Gallis qui eam partem Italiæ renebāt. Deduxerūt triuiri, P. Cornelius asina, P. Papius Maso, Cn. Pompeius, Cn. Cornelius Scipio eamq; coloniam liii, deducta inesse inuenimus. Deducta est autem Latina: duo porro genera earum coloniarum quæ a p. r. deductæ sunt: fuerūt itaq; aliæ latinorum essent etiā. De se autem optime meritos placentinos ait q̄dem illi quoq; honoratissima decreta erga Ciceronem fecerunt: certauerantq; in ea re cum tota Italia cum de reditu eius actum est.

PAVLO POST.

De quo Pisonis materno hic cum ad om̄ placentiæ foret confedit & pauci in eam ciuitatem: nā ut erat ascendit prius enim Gallus de ingalica extremus Placentinus haberi est hoc quoq; dicit ciuitatem fuisse, ab eadem persuasione ponit Placentiam municipium fuisse. Auum autem Pisonis primo Gallum fuisse: ideo ait q̄dem uenisse eum in Italiam dicit transalpis q̄dē in Italia cōsident Placentinæ postq̄ ad accitus sit a placenti auus multo postea tempora fuit quibus Placentia Colonia deducta est.

CIRCA VERS. A. PRIMO.

Lautiorem pater tuus socerum q̄. C. PISO in illo luctu non ei filiam meam collocaui quem ego potestas tum omnium fuisset unum potissimū delegissem. Quis fuerit socer Pisonis pater ipse supra dixit his uerbis. Insiber quidam fuit: id est mercator & præco. is cum Romam cum filio uenisset: adolescentē nobilem caesoniam hominis suracissimi filium ausus est appellare, filiam collocauit: caluentinum aiunt eum appellatum sapius. Pisonis contra quem hæc oratio est socerum rutilium Atilium nudm Fenestella tradit Cicero filiam post mortem Pisonis generi, P. Lentulo collocauit: ad quem illa ex partu decessit.

CIRCA VER. A. PRIMO. CCLXX.